



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XV. De generali colloquio Principum Ratisponæ habito & de reditu pij  
Ottonis ad sedem suam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

peris, quam se esse, testatus est, dirigat, ut, sine quo nihil possumus, per ipsum implere omnia valeamus.

Igitur electus Dei Pontifex consecratione solenni ab Apostolico prouectus, aliquantis per ab eo humanitatis gratia est detentus; sicque optata potitus emissione, prospero iteris decursu, transensis Alpibus, Carinthiam venit.  
S. Otho venit in  
Carinthiam.

*De generali colloquio Principum Ratisbona  
habito, & de reditu p̄j Ottonis ad  
sedem suam.*

C A P V T X V.

*Ebo.  
MCIV.  
S. Otho venit  
ad Comitatu Ratisbonensi.*

*Inde Bambergam.*

*Studio S. Othonis.*

**D**icitur Imperator Henricus vniuersis regni Principibus Curiale colloquium Ratisbonæ indixit, ad quod nouus Antistes pius Otto occurrens, debiti honoris reverentiâ suscepimus est, cunctosq; Optimates præsentes elegantiâ morum & sapientiâ grauitate ac paternâ dulcedinis affabilitate miro sibi deuinxit amore: ita vt felicem vnanimiter proelamarent Ecclesiam, qua tali diuinitus donata esset sacerdote: sicque regia cumulatus munificentia, post ardua peregrinationis angariam, Pastor pius ouium suarum curam suscepturnus Bambergam ingreditur, ibique à Clero & populo immenso iubilationis tripludio, ac si angelus è celo missus exciperetur. Qui tali potitus honore in hoc omne studium sux deuotionis impendit, vt & splendore virtutum radiaret in moribus, & glorificantem se Dominum suis glorificaret operibus. In cunctis enim affectabat honorem Christi, salutem populi, contemptum sui: sciens sibi in his omnibus, non sua, sed Domini esse lucra quaerenda.

Nitebatur itaque in domo Domini oliua esse fructifera, studuitque in populis verbi erogare talentum, pro quo se sciebat quandoque super omnia Domini bona constituendum.

Quapro-

Quapropter de commissa sibi cura solicitus, Ecclesiastice utilitati diebus innugilabat ac noctibus, dans operam quomodo bona Ecclesie suæ vel augeret inuenta, vel restauraret amissa, Cùm itaque ad dilatandam Christi gloriam tota eius flagraret intentio, quædam cœnobia à fundamentis construxit, quædam verò prius tenuiter inchoata, sed per eum Ecclesie Babebergensi digno precio acquisita, largo sumptu perfecit.

*Vigilantia eius  
pro suo grege.*

### De primitiis operum eius in Episcopio Herbipolensi & Babebergensi.

#### CAPUT XVI.

**B**T primitiæ quidem Operum eius, duorum fuit *Verba Thimus*-  
structura Cœnobiorum in Episcopio Herbipo-  
nisi.  
lensi quorum alterum *Vraugia* dicitur, sub patro-  
cinio beati Laurentij : alterum verò *Vra*, in ho-  
nore Beati Petri Apostoli. His autem honesta & elegantia fa-  
brica compostis, sicut omnibus Cœnobis suis faciebat, præ-  
dia emere, sylvas & agros, & prata comparare, vel aliis iustis  
modis acquirere satagebat. Ipsa verò nominare & enumera-  
re vniuersa, ne longus aut fastidiosus siam, omitto.

Deinde in Babebergensi Episcopio tertia & quarta ædifi-  
cacio duorum Cœnobiorum fuit; quorum vnum Michelvelt  
dictum in honore S. Ioannis Evangelistæ : alterum, Lank-  
heim in honore Beatissimæ Virginis MARIA de Ordine Ci-  
stencienſi. Nam illa tria de ordine fecit Cluniacensi: sed Mi-  
chelvelt & Vraugia in patrimoniali fundo Ecclesiarum:  
Lankheim verò & Vra in aduentitio  
locata sunt.



Z 2 De